Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



corde peruideat.

QVOMODO quis dignus efficitur particeps fieri spiritus sci.

Dominus ihc xpc docuit nos dicens. Si diligitis me mandata mea seruate. et ego rogabo patrem meum et alium paraclitum dabit uobis spm ueritatis. quem hic mundus non potest accipere. Donec ergo non seruamus mandata domini. nec sumus tales ut et ipse de nobis testimonium ferat dicens. quia uos mondi estis de mundo. spiritum sci participium habere non possumus.

QVI SUNT PAUPERES SPIRITU.

Dominus dicentes aliquando quidem quia uerba quae locutus ego uobis spiritus et uita sunt. aliquando autem quia spiritus ipse uos docebit omnia. et commonebit uos quae dixi uobis. Honemini enim loquentes ase. si omnia quae audit haec loquitur. Sed sunt pauperes spiritu qui non alia aliqua causa pauperes sunt. nisi propter doctrinam domini dicentis. Vade uende omnia quae habes et da pauperibus. et siquis etiam quacumque ex causa impositam sustinet pauperiem secundum uoluntatem domini dispensetur sufferat sicut ille lazarus. etiam iste abeatitudine non erit alienus. Domino percipiente. noluit sollicitari quid manducetis uel bibatis ut quid induatis.

VSQVE ADQUEM MODUM EST OBSERUATIO MANDATI. UEL QUOMODO ADIMPLERI POTEST.

Mandati quidem obseruatio usque ad mortem adimpleri potest hoc quod habet unus quisque desiderium et amorem dei. dominus autem cum exclusisset a sollicitudinibus seculi coniunxit statim promissionis spem dicens. Scit enim pater uester quibus opus habetis. antequam petatis abeo. Si iapis dic.